

307 Jam enim non seruiunt templo dei sed neque legi

308 Fantasie mundi latenter ⁽³⁰⁷⁾ idola colentes.

(310) sed cum descenderit ipse in inferna loquentes

(311) omnibus predicans spem vite future.

312 sanctis sanctum iudicium venientes et mortis sortem

replebit per triduum requiescens
Ezechiel videbit hec et ipse tempora dicat

313 Et tunc ex infernis revertetur in splendida luce

314 Mutatos eos electis ostendere vitam

315 In immortalitatem fonte ablutos et per aquam renatos

316 Nequitiam priorem relinquentes et vitam tenentes

317 Jam non seruiunt in vestis et maledictis

(318) Et tunc in primis dei seruis ostendent anixe

(319) carnalis qualis erat ante videbuntur exhilarati

signum mensure in mundo qua continet orbem

320 Orientem occiduum meridiem et septentrionale.

Tot erit regnum iustis dabit virtutem habentem

(321) gada nefanda gerens in eum in membris et patientur.

signum enim fixure huius erit saluatio mundi

(322) ipsis autem erit fixura corporis in optusione

Nam fixure signum erit quod figet in caribus eorum

Is vero qui signum ipsum habebit nunquam lesionem
habebit

324 Habe filia sancta sion que passa es multa maligni

325 ipse tuus rex ascendet pullo mansueti.

326 Mansuetus omnibus ostensus in quo sedet ipse

327 Ut iugum quod supra nos est gravissimum tollat nobis

Et iugum imponat nobis leuissimum et bene positum

328 Qui nec modum habet nec ligamenta prioris